Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 41




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 41


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 41



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 41



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 41


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 41

233
F41

WW 2/2/37

B,6

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 41

5726 37

Parabole ſiue Prouer-bia Salomonis filij Dauid regis: al-tiſſimis myſterijs referta: in quibus continet᷑ rudis paruuli inſti-tutio: et quaſi de offi-cijs per ſñias lu-culēta eru-ditio



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 41

KONINKLIJKE
BIBLIOTHEEK

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 41

Solomonis Regis Parabolę.

PArabolę Salomonis filij dauid regis Jsrael: ad ſciendū
ſapientiam et diſciplinam, ad intelligenda verba pruden-
tię, et ſuſcipiendā eruditionem doctrinę, iuſticiam ⁊ iudi-
cium et ęquitatem. Ut detur paruulis aſtutia, ⁊ adoleſcenti ſcientia ⁊
intellectus. Audiens ſapiens ſapientior erit, et intelligēs gubernacu-
la poſſidebit. Animaduertet parabolā ⁊ interpretationem, verba ſapi-
entum et enigmata eoꝝ. Timor dn̄i principium ſapientię. Sapien-
tiam atqꝫ doctrinā ſtulti deſpiciūt. Audi fili mi diſciplinā patris tui,
et ne dimittas legē mr̄is tuę, vt addat̄ gratia capiti tuo, ⁊ torques col-
lo tuo Fili mi ſi te lactauerint pctōres, ne acquieſcas eis, ſi dixerint, ve-
ni nobiſcum inſidiemur ſanguini, abſcōdamus tēdiculas cōtra inſon-
tem fruſtra, deglutiamus eū ſicut infernus viuētez ⁊ integꝛ quaſi deſ-
cendentē in lacū, oēm p̄cioſam ſubſtātiam reperiemus, implebimꝰ do-
mos nr̄as ſpolijs, ſortē mitte nobiſcum, marſupiū ſit vnuz oīm nr̄m.
fili mi ne ābules cum eis, ꝓhibe pedē tuum a ſemitis eoꝝ, pedes enim
illoꝝ ad malū currunt, ⁊ feſtināt vt effundant ſanguinez. Fruſtra au-
tem iacit̄ rhete an̄ oculos pennatoꝝ. Jpſi quoqꝫ cōtra ſanguinem ſuū
inſidiant̄, ⁊ moliūtur fraudes cōtra animas ſuas. Sic ſemitę oīs aua-
ri, aīas poſſidentium rapiunt. Sapīa foris p̄dicat, in plateis dat vo-
cem ſuā. Jn capite turbaꝝ clamitat, in foribus portaꝝ vrbis profert ꝟ-
ba ſua dicens. Uſqꝫquo paruuli diligitis infantiā, et ſtulti ea que ſibi
ſunt noxia cupient, et imprudētes odibūt ſciam. Cōuertimini ad cor-
reptiōem meā. En ꝓferam vobis ſpm̄ meum, et oſtendam vobis ꝟba
mea. Quia vocaui et renuiſtis, extendi manum meā et nō fuit q̇ aſpi-
ceret. Deſpexiſtis om̄e cōſilium meuz, et increpatōes meas neglexiſtis
Ego q̄ꝫ interitu veſtro ridebo, et ſubſannabo cuz vobis id q̄d timeba-
tis aduenerit. Cū irruerit repētina calamitas ⁊ interitꝰ quaſi tēpeſtas
ingruerit, qn̄ venerit ſupꝛ vos tribulatio et anguſtia. Tūc inuocabunt
me et nō exaudiā: mane cōſurgēt et nō inuenient me, eo ꝙ exoſaz habu-
erint diſciplinā, ⁊ timorem dn̄i nō ſuſceperint: nec acq̇euerint conſilio
meo, ⁊ detraxerint vniuerſę correptiōi meę Comedēt igitur fructꝰ vię

ſuę, ſuiſq̧ conſilijs ſaturabuntur. Auerſio paruuloꝝ interficiet eos: et proſperitas ſtultorum perdet eos. Qui autem me audierit abſq̧ terrore requieſcet, et abundantia perfruetur, timore maloꝝ ſublato

¶ C. S. Sapientia monet ſuſcipere ſermones ſuos, querere ſapientiaꝫ ſicut theſauꝝ q̄ ab oī inſania reuocat, cōtemptorib⁹ cōtrariat, liberat a via mala ꝛ muliere adultera et reducit in viā rectā ¶ ij.

Fili mi ſi ſuſceperis ſermōes meos ꝛ mandata mea abſcōderis penes te, vt audiat ſapiam auris tua, inclina cor tuum ad cognoſcendā prudentiā. Si eñ ſapientiā inuocaueris ꝛ inclinaueris cor tuū prudentię, ſi queſieris eā quaſi pecuniā et ſicut theſauros effoderis illaꝫ, tunc intelliges timorem dn̄i, et ſciam dei inuenies q2 dn̄s dat ſapientiā, et ex ore ei⁹ prudentia ꝛ ſcia. Cuſtodiet rectoꝝ ſalutē ꝛ ꝓteget gradiētes ſimpliciter, ſeruās ſemitas iuſticię: ꝛ vias ſanctoꝝ cuſtodiēs Tunc intelliges iuſticiā ꝛ equitatem ꝛ oēm ſemitaꝫ bonā. Si intrauerit ſapientia cor tuū, et ſcientia aīę tuę placuerit, conſilium cuſtodiet te, et prudentia ſeruabit te vt eruaris a via mala et ab homine qui peruerſa loquit̄. Qui relinquunt iter rectū ꝛ ambulāt per vias tn̄broſas. Qui letantur cum malefecerint et exultant in rebus peſſimis. Quoꝝ vię peruerſę ſunt et infames greſſus eorum. Ut eruaris a muliere aliena et ab extranea q̄ mollit ſermones ſuos, et relinquit ducem pubertatis ſuę et pacti dei ſui oblita eſt. Inclinata eſt enim ad mortem domus eius, ꝛ ad inferos ſemitę ipſius. Omnes q̄ ingrediuntur ad eam nō reuertentur nec apprehendent ſemitas vitę. Ut ambules in via bona, et calles iuſtorum cuſtodias. Qui eñ recti ſunt habitabunt in terra, et ſimplices permanebunt in ea. Impij vero de terra perdentur, ꝛ q̄ inique agunt auferentur ex ea.

¶ C. S. De preceptis memorādis ꝛ fiducia habenda in deum nō in propria prudentia, de timendo et honorando deum, de amando diſciplinam, de laude ſapientię, de impio non timendo et bono opere non differendo, de impio illuſore non mirando ¶ iij.

Fili mi ne obliuiſcaris legis meę, ꝛ p̄cepta mea cor tuuꝫ cuſtodiat. Longitudinem eñ dieꝝ ꝛ annos vitę ꝛ pacem apponēt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 41

tibi. Miſericordia et veritas te nõ deſerãt. Circunda eas gutturi tuo, ⁊ deſcribe in tabulis cordis tui, et inuenies gratiã et diſciplinã bonam corã deo ⁊ hoĩbus. Habe fiduciaꝫ in dño ex toto corde tuo, ⁊ ne innitaris prudentię tuę. Jn omnibus vijs tuis cogita illum, et ipſe diriget greſſus tuos. Ne ſis ſapiens apud temetipſuꝫ. Time deum et recede a malo. Sanitas quippe erit vmbilico tuo, et irrigatio oſſium tuorũ. Honora dominum de tua ſubſtantia, et de primitijs omnium frugũ tuarum da pauperibus, et implebuntur horrea tua ſaturitate et vino torcularia redundabunt. Diſciplinam domini fili mi ne abijcias, nec deficias cum ab eo corriperis. Quem enim diligit dominus corripit, ⁊ quaſi pater in filio ↄplacet ſibi. Beatus hõ qui inuenit ſapientiam, ⁊ qui affluit prudẽtia. Melior ẽ acq̃ſitio eius negociatõe auri ⁊ argẽti, primi et puriſſimi fruct⁹ eius. Precioſior ẽ cunctis opib⁹ ſapiẽtia, ⁊ oĩa que deſiderãtur, huic nõ valẽt cõparari. Lõgitudo dieꝝ in dextera eius: ⁊ in ſiniſtra illius diuitię et gloria. Vię eius vię pulchrę ⁊ oẽs ſemitę eius pacificę. Lignũ vitę ẽ his q̃ apprehenderint eã, ⁊ qui tenuerint eã beati. Dñs ſapĩa fundauit terrã, ſtabiliuit celos prudẽtia. Sapientia illi⁹ eruperunt abyſſi, et nubes rore cõcreſcunt. Fili mi ne effluant hęc ab oculis tuis. Cuſtodi legem meã atqꝫ cõſilium meũ, ⁊ erit vita animę tuę, et grã faucibus tuis. Tunc ãbulabis fiducialiter in via tua, et pes tuus non impinget. Si dormieris non timebis quieſces ⁊ ſuauis erit ſomnus tuus. Ne paueas repentiuo terrore, et irruẽtes tibi potentias impioꝝ. Dñs em̃ erit in latere tuo, et cuſtodiet pedẽ tuũ ne capiaris. Noli ꝓhibere bñfacere eum q̃ poteſt, ſi vales ⁊ ipſe benefac. Ne dicas amico tuo vade et reuertere, ⁊ cras dabo tibi, cum ſtatim poſſis dare. Ne moliaris amico tuo malum: cum ille in te habeat fiduciam. Nõ contendas aduerſus hominem fruſtra, cũ ipẽ tibi nihil mali fecerit. Ne emuleris hoĩem iniuſtum, nec imiteris vias ei⁹ quia abominatio eſt domini oĩs illuſor, ⁊ cum ſimplicibus ſermocinatio eius Egeſtas a dño in domo impij, habitatacula autẽ iuſtoꝝ benedicentur Jpſe deludet illuſores, et manſuetis dabit gratiam. Gloriam ſapientes

poſſidebunt,ſtultoꝝ exultatio,ignominia.

¶C.S.Salomon oñdit querendã ſapientiam per exemplum ſuiꝰ
et fructum ſapientię,et viam impioꝝ loquitur alternatim, de cuſtodi-
endis eloquijs dei,de cuſtodia cordis oris ⁊ greſſuum ¶Ca.iiij

AUdite filij diſciplinã patris, et attendite vt ſciatis prudentiã
Donum bonum tribuã vobis,legẽ meã ne derelinquatis Nã
et ego filius fui patris mei tenellus,et vnigenitꝰ corã matre mea,⁊ do-
cebat me atq; dicebat. Suſcipiat ꝟba mea cor tuũ,cuſtodi p̄cepta mea
⁊ viues. Poſſide ſapiam,poſſide prudẽtiã. Ne obliuiſcaris neq; decli-
nes a ꝟbis oris mei. Ne dimittas eã ⁊ cuſtodiet te,dilige eã ⁊ cõſerua
bit te. Principiũ ſapię,poſſide ſapiam, et in om̄i poſſeſſione tua acq̊re
prudentiã. Arripe illã et exaltabit te,glorificaberis ab ea cum eã fueris
amplexatus. Dabit capiti tuo augmenta gratiaꝝ:et corona inclyta p-
teget te. Audi fili mi et ſuſcipe verba mea, vt multiplicentur tibi anni
vitę. Uiã ſapię monſtrabo tibi,et ducã te per ſemitas equitatis,quas
cum ingreſſus fueris nõ artabunt greſſus tui,et currens non habebis
offendiculum. Tene diſciplinã,ne dimittas eã. Cuſtodi illam,quia il-
la ẽ vita tua. Ne delecteris in ſemitis impioꝝ, nec tibi placeat maloꝝ
via. Fuge ab ea nec tranſeas ꝑ illã,decline et deſere eã. Non em̄ dormi-
unt niſi cum malefecerint,⁊ non capitur ſomnus ab eis niſi ſupplãta-
uerint. Comedunt panẽ impietatis,⁊ vinum iniq̊tatis bibũt. Iuſto-
rum aũt ſemita quaſi lux ſplendens,p̄cedit et creſcit vſq; ad perfectã di
em. Uia impioꝝ tenebroſa,neſciunt vbi corruãt. Fili mi auſculta ſer-
mones meos, ⁊ ad eloquia mea inclina aurem tuã. Ne recedãt ab ocu
lis tuis,cuſtodi ea in medio cordis tui. Uita em̄ ſunt inuenientibꝰ ea,
et vniuerſę carni ſanitas. Omni cuſtodia ſerua cor tuum,quia ex ipſo
vita p̄cedit. Remoue a te os prauum ⁊ detrahẽtia labia ſint procul a
te. Oculi tui recta videãt,et palpebrę tuę p̄cedant greſſus tuos. Diri-
ge ſemitas pedibus tuis,et omnes vię tuę ſtabiliẽtur. Ne declines ad
dexteram neq; ad ſiniſtram. Auerte pedem tuum a malo. Uias em̄
quę a dextris ſunt nouit dñs,peruerſę ꝟo ſunt quę a ſiniſtris. Ipſe em̄

rectos faciet greſſus tuos, itinera autē tua in pace producet.

C.S. De vitāda meretrice, de honore ⁊ laboribꝰ et ānis nō perdē-
dis, de bibendis aq̄s ciſternę ꝓprie, de diligēda vxore ⁊ fugiēda aliena.

Fili mi attēde ad ſapiam meā et prudentię meę incli- Ca. v.
na aurem tuā, vt cuſtodias cogitatiōes, et diſciplinā labia tua
cōſeruent. Ne intenderis fallacię mulieris. Fauus em̄ diſtillans labia
meretricis, et nitidius oleo guttur eius. Nouiſſima autem illiꝰ ama-
ra quaſi abſynthiuꝫ, et lingua eius acuta quaſi gladius biceps. Pedes
eius deſcendunt in mortem, et ad inferos greſſus eius penetrant Per
ſemitā vitę nō ambulāt, vagi ſunt greſſus eius et inueſtigabiles Nūc
ergo fili mi audi me, et ne recedas a verbis oris mei. Lōge fac ab ea vi-
am tuam, ⁊ ne appropinques foribus domus eius. Ne des alienis ho
norem tuum ⁊ ānos tuos crudeli. Ne forte impleātur extranei viribꝰ
tuis et labores tui ſint in domo aliena, et gemas in nouiſſimis: quādo
conſumpſeris carnes tuas et corpus tuum et dicas. Cur deteſtatꝰ ſum
diſciplinam, et increpationibus non acquieuit cor meum. Nec audi-
ui vocem docentium me, et magiſtris non inclinaui aurem meā. Pe-
ne fui in omni malo, in medio eccleſię et ſynagogę. Bibe aquam de ci-
ſterna tua et fluentia putei tui. Deriuentur fontes tui foras ⁊ in plate-
is aquas tuas diuide. Habeto eas ſolus: nec ſint alieni participes tui.
Sit vena tua benedicta, et letare cum muliere adoleſcentię tua. Cer-
ua chariſſima, et gratiſſimus hinnulus. Ubera eius inebriēt te oī tpe,
et in amore eius delectare iugiter, quare ſeduceris fili mi ab aliena, ⁊ fo-
ueris in ſinu alterius. Reſpicit dn̄s viam hoīs, ⁊ oēs greſſus eius cō-
ſiderat. Iniquitates ſuę capiunt impium, et funibus peccatorum ſu-
orum conſtringitur. Ipſe morietur, quia nō habuit diſciplinam, ⁊ in
multitudine ſtulticię ſuę decipietur

C.S. Inſtruit preceptorē ſiue creditorē aīaꝝ, excitat pigꝝ, arguit
ſciſmaticū, de vigili cuſtodia legis, de fugiēda adultera, de hereſi ⁊ eius

Fili mi ſi ſpoponderis ꝓ amico tuo defixiſti (fallacia. Ca. vi.
apud extraneum manuꝫ tuā, Illaqueatus es ꝟbis oris tui, ⁊

captus proprijs ſermonibus. Fac ergo quod dico fili mi et temetipm̄
libera, quia incidiſti in manum proximi tui. Diſcurre feſtina, ſuſcita a-
micum tuum. Ne dederis ſomnum oculis tuis nec dormitent palpe-
brę tuę. Eruere quaſi damula de manu, et quaſi auis de inſidijs aucu-
pis. Uade ad formicam o piger, et conſidera vias eius ⁊ diſce ſapienti-
am. Quę cum non habeat ducem nec pręceptorem nec principem, pa
rat in ęſtate cibum ſibi et cōgregat in meſſe quod comedat. Uſqꝫ quo
piger dormies? Quando conſurges de ſomno tuo? Paulum dormies,
paululum dormitabis, paululum conſeres manus tuas vt dormias,
⁊ veniet tibi quaſi viator egeſtas, et pauperies quaſi vir armatus. Si
vero impiger fueris, veniet vt fons meſſis tua, et egeſtas longe fugiet
a te. Homo apoſtata vir inutilis graditur ore peruerſo, annuit ocu-
lis, terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatur malum, et om-
ni tempore iurgia ſeminat. Huic exemplo veniet perditio ſua et ſubi-
to conteretur, nec habebit vltra medicinam. Sex ſunt quę odit domi
nus et ſeptimum deteſtaꝛ anima eius. Oculos ſublimes, linguā men
dacem, manus effundentes innoxiū ſanguinem, cor machinās cogita-
tiones peſſimas, pedes veloces ad currenndū in malum, proferentem
mēdacia, teſtem fallacem, et eum qui ſeminat inter fratres diſcordias.
Cōſerua fili mi p̄cepta pr̄is tui, et ne dimittas legē mr̄is tuę, liga eam
in corde tuo iugiter ⁊ circunda gutturi tuo. Cum ambulaueris gradi-
antur tecum, cum dormieris cuſtodiāt te, et euigilās loquere cum eis.
Quia mandatum lucerna eſt, et lex lux, et via vitę increpatio diſcipli-
nę vt cuſtodiant te a muliere mala et a blanda lingua extraneę. Non
concupiſcat pulchritudinem eius cor tuum ne capiaris nutibus illi⁹
Precium enim ſcorti vix eſt vnius panis, mulier autem viri precioſaꝫ
animam capit. Nunquid p̄t hō abſcondere igneꝫ in ſinu ſuo vt veſti-
menta illius nō ardeant, aut āmbulare ſuper prunas vt plāte comburā-
tur eius, Sic qui ingreditur ad mulierē proximi ſui, nō erit mundus
cum tetigerit eā. Nō grandis eſt culpa cum q̇s furatus fuerit. Furaꝛ
eñ vt eſurienteꝫ impleat aīam. Dep̄henſus quoqꝫ reddet ſeptuplum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 41

et omnem ſubſtantiam domus ſuę tradet et liberabit ſe. Qui autē adulter eſt propter cordis inopiam perdet animā ſuaꝫ. Turpitudineꝫ et ignominiam congreget ſibi, et opprobrium illius nō delebitur. Quia zelus et furor viri non parcet in die vindictę, nec acquieſcat cuiuſquaꝫ precibus nec ſuſcipiet pro redemptione dona plurima

¶C.S. Inuitat ad timorē dñi et cuſtodiā mādatorum ei⁹, deſcribit mulierem adulterā refert ꝟba eius, et dehortatur a vijs eius ¶vij.

Fili mi cuſtodi ſermones meos, ꝛ p̄cepta mea reconde tibi. Fili honora dñm et valebis, preter eū vero nō timueris alienum. Serua mandata mea et viues, et legem meam quaſi pupillam oculi tui. Liga eam in digitis tuis, ſcribe illam in tabulis cordis tui. Dic ſapientię, ſoror mea es, et prudentiā voca amicam tuā, Ut cuſtodiat te a muliere extranea et ab aliena q̄ verba ſua dulcia facit. De feneſtra em̄ domus meę per cācellos proſpexi iuuenem ꝛ video paruulos. Conſidero vecordem iuuenem qui tranſit per plateas iuxta angulū, ꝛ prope viam domus illius graditur in obſcuro adueſperaſcente die in noctis tenebris ꝛ caligine. Et ecce occurrit illi mulier in ornatu meretricio p̄parata ad decipiēdas animas. Garrula et vaga quietis impatiens nec valens in domo conſiſtere pedibus ſuis. Nunc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos inſidians. Apprehenſumqꝫ deoſculat᷑ iuueneꝫ et procaci vultu blāditur dicens. Uictimas pro ſalute deuoui: hodie reddidi vota mea. Idcirco egreſſa ſuꝫ in occurſum tuū deſiderās te videre et repperi. Intexui funibus lectulum meum ſtraui tapetib⁹ pictis ex egypto, aſperſi cubile meum myrrha et aloe et cynnamomo. Ueni inebriemur vberibus ꝛ fruamur cupitis āplexibus donec illuceſcat dies, Nō eſt em̄ vir in domo ſua, abijt via lōgiſſima Sacculuꝫ pecunię ſecum tulit, in die plene lunę reurſurus eſt in domum ſuā. Irretiuit euꝫ multis ſermonibus, et blandicijs labiorum protraxit illum Statim eā ſequit᷑ quaſi bos duct⁹ ad victimā, et quaſi agn⁹ laſciuiēs ꝛ ignorās, ꝛ neſcit q̄ ad vincula ſtult⁹ trahat᷑ donec tranſfigat ſagitta iecur eius. Uelut ſi auis feſtinet ad laqueum, ꝛ neſcit q̄ de periculo animę illius

agitur. Nunc ergo fili mi audi me, et attende ꝟba oris mei. Ne abſtra
hat̄ in vijs illius mens tua, neq; decipiaris ſemitis eius. Multos eniꝫ
vulneratos deiecit, et fortiſſimi quiq; interfecti ſunt ab ea. Uię inferi
domus eius penetrantes interiora mortis

C. S. Sapientia commendat doctrinam ſuam et prefert cunctis opibus: et dicit ꝙ coeterna eſt deo patri, et cum ipſo creauit omnia, ⁊ ſe probat audire deum — Ca. viij.

Unqd nō ſapientia clamitat, et prudentia dat vocem ſuā. In
ſummis excelſiſq; verticibus ſupra viā in medijs ſemitis ſtās
iuxta portas ciuitatis, in ipis foribus loquit̄ dicēs. O viri ad vos cla
mito, et vox mea ad filios hoīn. Intelligite paruuli aſtutiā, et inſipi-
entes animaduertite. Audite qm̄ de rebus magnis locutura ſum, et
aperientur labia mea vt recta predicent. Ueritatez meditabit̄ guttur
meum, labia ⁊ mea deteſtabunt̄ impium. Juſti ſunt omnes ſermones
mei, nō eſt in eis prauum q̄d neq; peruerſuꝫ. Recti ſunt intelligētibꝰ
et ęqui inueniētibus ſciam. Accipite diſciplinā meam et nō pecuniā,
doctrinā magis q̄ꝫ auꝝ eligite. Melior eſt eīn ſapientia cunctis opi-
bus precioſiſſimis, et oīne deſiderabile ei non poteſt cōparari. Ego ſa-
pientia habito in conſilio, et eruditis interſuꝫ cogitationibus. Timor
dn̄i odit malum, arrogātiam et ſupbiam, et viā prauaꝫ, et os bilingue
deteſtat̄. Meum eſt conſilium et equitas, mea eſt prudentia, mea eſt
fortitudo. Per me reges regnant, et legum cōditores iuſta decernunt.
Per me principes imperant et potētes decernunt iuſticiam. Ego di-
ligentes me diligo, et q̄ mane vigilauerint ad me inuenient me. Me-
cum ſunt diuitię et gloria, opes ſuperne et iuſticia. Melior eſt fructꝰ
meus auro et lapide precioſo, et genimina mea argento electo. In vijs
iuſticię ābulo in medio ſemitarum iudicij, vt ditem diligentes me, et
theſauros repleam. Dn̄s poſſedit me in initio viarū ſuarum, an̄quam
q̄cq; faceret a principio, ab ęterno ordinata ſum, et ex antiquis anteq̄ꝫ
terra fieret. Nōdum erāt abyſſi, et ego iam concepta erā. Necdū fon-
tes aquaꝝ exuperāt, necdum mōtes graui mole cōſtiterāt. An̄ omēs

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 41

colles ego parturiebar, adhuc terram nō fecerat, et flumina ⁊ cardines orbis terrę. Qñ prepabat celos aderam, qñ certa lege et gyro vallabat abyſſos. Qñ ęthera firmabat ſurſuꝫ, et librabat fontes aquarum Qñ circūdabat mari terminuꝫ ſuum, et legeꝫ ponebat aq̄s ne tranſirent fi-nes ſuos. Qñ appendebat fundamenta terrę, cum eo eram cuncta cō-ponens. Et delectabar per ſingulos dies ludēs corā eo omni tp̄e, et lu-dens in orbe terraꝝ, ⁊ delitię meę eſſe cuꝫ filijs hoim. Nūc ergo filij au-dite me. Btī qui cuſtodiunt vias meas. Audite diſciplinā et eſtote ſa-pientes, ⁊ nolite abijcere eaꝫ. Btūs hō q̄ audit me, et qui vigilat ad fo-res meas q̄tidie, et obſeruat ad poſtes oſtij mei. Qui me iuenerit, in-ueniet vitam ⁊ hauriet ſalutem a dn̄o. Qui auteꝫ in me peccauerit, le-det animā ſuam. Omnes qui me oderunt, diligunt mortem.

C. S. Sapientia carne aſſumpta ędificauit ſibi domum, reuocat ab infantia, promittit annos vitę, deſcribit mulierem adulteram ſiue heresim

Ca. ix.

SApientia ędificauit ſibi domuꝫ: excidit columnas ſeptē Im-molauit victimas ſuas, miſcuit vinū, et propoſuit menſaꝫ ſu-am. Miſit ancillas ſuas vt vocarent ad arcem, ⁊ ad menia ciuitatis Si q̄s eſt paruulꝰ veniat ad me. Et inſipiētibus locuta ē. Uenite co-medite panē meū, et bibite vinū q̄d miſcui vobis. Relinq̄te infantiā, ⁊ venite ⁊ ābulate per vias prudētię. Qui erudit deriſoreꝫ, ip̄e iniuriā ſibi facit, ⁊ q̄ arguūt impiū ſibi maculam generāt Noli arguere deriſo-rē ne oderit te. Argue ſapiētem et diliget te. Da ſapiēti occaſionem, et addet ei ſapientia. Docet iuſtū et feſtinabit accipe. Principiuꝫ ſapię ti-mor dn̄i, et ſcia ſanctoruꝫ prudentia. Per me em̄ multiplicabunt dies tui ⁊ addent tibi āni vitę. Si ſapiēs fueris tibimetipi eris, ſi aūt illu-ſor, ſolꝰ portabis malum. Mulier ſtulta ⁊ clamoſa, plenaq; illecebris et nihil om̄ino ſciēs, ſedet in foribꝰ domꝰ ſuę ſup ſellaꝫ in excelſo vrbis loco, vt vocaret trāſeuntes p viam ⁊ pergētes itinere ſuo. Quis ē paru-lus declinet ad me. Et vecordi locuta ē. Aquę furtiuę dulciores ſunt ⁊ panis abſcōditꝰ ſuauior. Et ignorauit q̄ ibi ſunt gigātes, ⁊ in pfun-

dis inferni conuiuę eius. Qui enim applicabit̃ illi deſcendet ad infe-
ros, nam qui abſceſſerit ab ea ſaluabitur

¶ C. S. Alternatī loq̃tur de filio ſapiente et ſtulto, iuſto ⁊ īpio, ſim
plici et prauo: de charitate et odio, de bono linguę et malo. ¶ X.

FIlius ſapiens letificat patrem filius ꝟo ſtultus meſticia ē ma
tris ſuę. Nihil proderunt theſauri impietatis iuſticia ꝟo libe-
rabit a morte. Non affliget dn̄s fame animā iuſti, et inſidias impioꝝ
ſubuertet. Egeſtatē operata eſt manus autem fortiuz diuitias parat.
Qui nititur mendacijs hic paſcit ventos, idez autem ipſe ſequit̃ aues
volātes. Qui cōgregat in meſſe filius ſapiens eſt q̄ autem ſtertit ęſta-
te filius cōfuſionis. Bn̄dictio dn̄i ſuper caput iuſti, os autē impioruz
operit iniquitatē. Memoria iuſti cum laudibus, et nomen impioruz
putreſcet. Sapiens corde precepta ſuſcipiet, ſtultus cedit̃ labijs. Qui
ambulat ſimpliciter, ambulat confidenter, qui autē deprauat vias ſu-
as manifeſtus erit. Qui annuit oculo dabit dolorem et ſtultus labijs
verberabitur. Uena vitę os iuſti, et os impiorum operit iniquitatem
Odium ſuſcitat rixas, et vniuerſa delicta operit charitas. In labijs ſa-
pientis inuenit̃ ſapientia, ⁊ virga in dorſo eius q̄ indiget corde. Sapi
entes abſcondunt ſcientiā, os autem ſtulti cōfuſioni proximum eſt,
Subſtantia diuitis vrbs fortitudinis eius, pauor pauperum egeſtas
eorum. Opus iuſti ad vitem, fructus autez impij ad peccatum. Uia
vitę cuſtodienti diſciplinam, qui autem increpationes relinquit errat
Abſcondunt odium labia mendacia qui profert contumeliam inſipi-
ens eſt. In multiloquio non deerit peccatū, qui autem moderat̃ labio
ſuo prudentiſſimus eſt. Argentum electum lingua iuſti cor autē im-
piorum pro nihilo. Labia iuſti erudiunt plurimos, qui autem indo-
cti ſunt in cordis egeſtate morientur. Bn̄dictio dn̄i diuites facit, nec
ſociabitur ei afflictio. Quaſi per riſum ſtultus operat̃ ſcelus, ſapientia
autē eſt viro prudentia. Quod timet impius veniet ſuper eum, deſide
rium ſuum iuſtis dabitur. Quaſi tēpeſtas tranſiens nō erit impius,
iuſtus aūt quaſi fundamentum ſempiternum, Sicut acetū dentib⁹,

et fumus oculis, ſic piger his qui miſerunt eum. Timor domini appo
net dies, et anni impiorū breuiabunt. Expectatio iuſtorū leticia, ſpes
autem impiorū peribit. Fortitudo ſimplicis via domini, et pauor his
qui operant malū. Juſtus ineternum nō commouebit, impij aūt nō
habitabūt ſuper terrā. Os iuſti parturit ſapientiam, lingua prauorū
peribit. Labia iuſti cōſiderant placita, et os impiorū peruerſa

¶ C. S. De equitate et humilitate, ſimplicitate et iuſticia, de guber-
natore et diſpenſatore, de miſericordia et clementia, et eorum contrarijs,
de diuidentibus propria, de veundatione, de querēte bonum, de vxo-
re iuſti, de flagello iuſti et eorum contrarijs ¶ Ca. Xi

Statera doloſa abominatio eſt apud deum, et pondus equum
voluntas eius. Ubi fuerit ſuperbia, ibi erit et contumelia, vbi
autem eſt humilitas, ibi et ſapientia. Simplicitas iuſtorum diriget
eos, et ſupplantatio peruerſorū vaſtabit illos. Non proderunt diui-
tie in die vltionis, iuſticia autem liberabit a morte. Juſticia ſimplicis
diriget viam eius, et in impietate ſua corruet impius. Juſticia rectorū
liberabit eos, et in inſidijs ſuis capiētur iniqui. Mortuo homine im-
pio nulla erit vltra ſpes, et expectatio ſollicitorum peribit. Juſtus de
anguſtia liberatus eſt, et tradetur impius pro eo. Simulator ore de-
cipit amicum ſuum, iuſti autem liberabuntur ſciētia. Jn bonis iuſto-
rum exaltabitur ciuitas, et in perditione impiorum erit laudatio. Be-
nedictione iuſtorum exaltabitur ciuitas et in ore impiorum ſubuerte-
tur. Qui deſpicit amicum ſuum indigens corde eſt, vir autem prudēs
tacebit. Qui ambulat fraudulenter reuelat arcana, qui autē fidelis eſt,
celat amici commiſſum. Ubi non eſt gubernator populus corruet, ſa-
lus autē vbi multa conſilia. Affligetur malo qui fidē facit pro extra-
neo, qui aūt cauet laqos ſecurus erit. Mulier gratioſa inueniet glori-
am et robuſti habebunt diuitias. Benefacit anime ſue vir miſericors,
q̄ autē crudelis eſt etiā ꝓpinquos abijcit. Jmpiꝰ facit opus inſtabile,
ſeminanti autem iuſticiam merces fidelis. Clementia preparat vitam
et ſectatio malorum mortem. Abominabile dn̄o cor prauum, et nolū-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 41

tas eius in his qui ſimpliciter ambulāt. Manus in manu nō erit innocens malus, ſemen autem iuſtorum ſaluabitur. Circulus aureus in naribus ſuis, mulier pulchra et fatua. Deſyderium iuſtoꝝ omne bonū eſt, preſtolatio impioꝝ furor. Alij diuidunt propria et ditiores fiunt alij rapiunt non ſua et ſemper in egeſtate ſunt. Anima que bn̄dicit impinguabitur, ⁊ qui inebriat ipſe quoqꝫ inebriabitur. Qui abſcōdit frumenta maledicet in populis. Benedictio autem ſuper caput vendentium. Bene conſurgit diluculo qui querit bona, qui autem inueſtigator malorum ē opprimetur ab eis. Qui cōfidit in diuitijs ſuis corruet, iuſti autem quaſi virēs folium germinabunt. Qui cōturbat domū ſuam poſſidebit vētos, et qui ſtultus eſt ſeruiet ſapienti. Fructus iuſti lignum vitę, et qui ſuſcipit animas ſapiens eſt, Si iuſtus in terra recipit, quanto magis impius et peccator,

¶ C. S. De agenda gratia, ⁊ iuſticia iudicāda, de doctore vero, de cognoſcēdis iumentis ꝓprijs et eoꝝ contrarijs, de terra colenda, de bonis et malis q̄ ſunt in lingua, de ſecuritate iuſti, de manu fortium, de merore viri, de negligendo damnum propter amicum ¶ Ca. xij.

QUi diligit diſciplinā ⁊ diligit ſcientiam, qui autem odit increpationes inſipiens eſt. Qui bonus eſt hauriet ſibi gratiam a domino, qui autem confidit in cogitationibus ſuis impie agit. Non roborabitur homo ex impietate, et radix iuſtorum non commouebitur. Mulier diligens corona eſt viro ſuo, et putredo in oſſibus eius, q̄ confuſione res dignas gerit. Cogitationes iuſtorum iudicia, et conſilia impiorum fraudulenta. Uerba impiorum inſidiantur ſanguini, os iuſtorum liberabit eos. Uerte impios et non erunt, domus autē iuſtorum permanebit. Doctrina ſua noſcitur vir, qui autem vanus et excors eſt, patebit contemptui. Melior eſt pauper et ſufficiens ſibi, q̄ȝ glorioſus et indigens pane. Nouit iuſtus iumentorum ſuorum animas, viſcera autem impiorum crudelia. Qui operatur terram ſuam ſatiabitur panibus qui autem ſectatur ociū ſtultiſſimꝰ eſt. Qui ſuauis eſt, viuit in moderationibus, in ſuis monitionibus relinquit cōtu-

meliam. Deſiderium impij monimentum eſt peſſimorum, radix autē
iuſtorum proficiet. Propter peccata labiorum ruina proximaꝫ malo,
effugiet autem iuſtus de anguſtia. De fructu oris ſui vnuſquiſqꝫ re-
plebitur bōnis, et iuxta opera manuum ſuarum retribuetur ei. Uia
ſtulti recta in oculis eius, qui autem ſapiens eſt audit conſilia. Fatuus
ſtatim indicat iram ſuam, qui autem diſſimulat iniuriam callidus eſt
Qui quod nouit loquitur iudex iuſticię eſt, qui auteꝫ mentitur, teſtis
eſt fraudulentus. Et qui promittit et quaſi gladio pungitur conſcien
tię, lingua autem ſapieptum ſanitas. Labium veritatis firmum erit
inperpetuum: qui auteꝫ teſtis eſt repentinus, concinnat linguā men
dacij. Dolus in corde cogitātium mala, q̇ auteꝫ pacis ineunt conſilia,
ſequitur eos gaudium. Nō contriſtabit iuſtum quicquid ei acciderit,
impij autem replebuntur malo. Abominatio eſt domino labia men-
dacia qui autem fideliter agunt, placent ei. Homo verſutus celat ſciē-
tiam, et cor inſipientium prouocat ſtulticiam. Manus fortium do-
minabitur que autem remiſſa eſt tributis ſeruiet. Meror in corde vi-
ri humiliabit illum et ſermone bono letificabitur. Qui negligit dam-
num ꝓpter amicum iuſtus eſt, iter autem impioꝝ decipiet eos. Non
inueniet fraudulentus lucꝝ, et ſubſtentia hominis erit auri precium.
In ſemita iuſticię vita, iter autem deuium ducit ad mortem

C. S. De cuſtodia oris ⁊ duplici corde, de falſis diuitijs, de lucerna
impioꝝ, de ſubſtantia feſtinata: de cōtemnentiū voragine, de nūcio, de
ſil'itudine cōuiuantiū et filijs iuſti, de cibis q̇ a parentibꝰ ꝯgregati ſīt.

Filius ſapiens doctrina patris, qui autem illuſor   Ca. xiij
eſt non audit cum arguitur. De fructu oris ſui homo ſatiabiť
bonis anima autem impioꝝ iniqua. Qui cuſtodit os ſuum, cuſtodit
animā ſuam, qui autem incōſideratus eſt ad loquendum ſentiet mala
Uult ⁊ nō vult piger, anima autem operātium impinguabiť. Uer-
bū mendax iuſtus deteſtabiť, impius autē confundit ⁊ confundetur.
Iuſticia cuſtodit innocentis viā, impietas autē peccatorem ſupplan-
tat. Eſt quaſi diues cum nihil habeat, et eſt quaſi pauꝑ cum in ml'tis

diuitijs ſit. Redemptio anime viri diuitię ſuę, qui autem pauper eſt increpationem nō ſuſtinet. Lux iuſtorum letificat, lucerna autem impiorum extinguetur. Inter ſuperbos ſemper iurgia ſunt, qui autem agunt omnia cū conſilio reguntur ſapientia Subſtantia feſtinata minuetur, que autem paulatiz colligitur manu multiplicabitur. Spes quę differtur affligit animam lignum vitę deſiderium veniens. Qui detrahit alicui rei ipſe ſe in futurum obligat, qui autem timet pręceptū in pace verſabitur Animę doloſę errant in peccatis, iuſti autem miſericordes ſunt, et miſerantur. Lex ſapientis fons vitę, vt declinet a ruina mortis. Doctrina bona dabit gratiaz in itinere contemptorum vorago. Aſtutus omnia agit cum conſilio qui autem fatuus eſt aperit ſtulticiam, nuncius impij cadet in malum. Legatus fidelis ſanitas. Egeſtas et ignominia ei qui deſerit diſciplinam, qui autem acquieſcit arguenti glorificabitur. Deſiderium ſi compleatur delectat animam, deteſtantur ſtulti eos qui fugiunt mala. Qui cum ſapientibus graditur ſapiens erit, amicus ſtultorum ſimilis efficietur. Peccatores perſequitur malum, et iuſtis retribuentur bona. Bonus reliquit heredes filios et nepotes et cuſtoditur iuſto ſubſtantia peccatoris. Multi cibi in noualibus patrum, et alij congregantur abſqꝫ iudicio. Qui parcit virgę odit filium ſuum, qui autem diligit illum, inſtanter erudit. Juſtus comedit et replet animā ſuam, venter autez impioꝝ inſaturabilis

C. S. De ſapiente muliere, de fortitudine boum, de ſtulto neſciente, et via fallaci, de verſuto aſtuto, de aſpectu proximi, de miſericordia, de diuitijs boni opis, de timore domini, de patientia, de inuidia, de calumnijs pauperis, de iuſticia, ⁊ accepto miniſtro Ca. xiiij.

SApiens mulier edificat domuz ſuā, inſipiens extructā quoqꝫ manibus deſtruet: Ambulās recto itinere, et timens deum deſpicitur ab eo qui infami graditur via. Jn ore ſtulti virga ſuperbię labia ſapientum cuſtodiunt eos. Ubi non ſunt boues preſepe vacuū eſt, vbi autem apparent plurimę ſegetes, ibi manifeſta eſt fortitudo bouis. Teſtis fidelis non mentitur, profert autem mendacium doloſus.

teſtis. Querit deriſor ſapientiam et non inuenit, doctrina prudentiū
facilis. Uade cōtra virʒ ſtultuʒ, ꝛ neſcit labia prudētię. Sapiētia cal-
lidi eſt intelligere viam ſuam, et prudentia ſtultorum errans. Stult⁹
illudet peccatum, et inter iuſtos morabitur gratia. Cor quod nouit
amaritudinem animę ſuę, in gaudio eius non miſcebitur extraneus.
Domus impiorum delebitur, tabernacula iuſtorum germinabunt.
Eſt via que videtur homini iuſta, nouiſſima autem eius deducunt ad
mortem. Riſus dolore miſcebitur, et extrema gaudij luctus occupat:
Uijs ſuis replebitur ſtultus, et ſuper eum erit vir bonus. Innocens
credit omni verbo, aſtutus conſiderat greſſus ſuos. Filio doloſo ni-
hil erit boni, ſeruo autem ſapienti proſperi erunt actus et dirigetur via
eius. Sapiens timet et declinat a malo, ſtultus tranſilit et confidit.
Impatiens operabitur ſtulticiam: ꝛ vir verſutus odioſus eſt. Poſſi-
debunt paruuli ſtulticiam et expectabunt aſtuti ſcientiam. Jacebunt
mali ante bonos, et impij ante portas iuſtorum. Etiam proximo ſuo
pauper odioſus eſt, amici vero diuitum multi. Qui deſpicit proximū
ſuum peccat, qui autʒ miſeretur pauperis beatus erit. Qui credit in
domino miſericordiam diligit: errant qui operantur malum. Miſe-
ricordia et veritas preparant bona, in omni opere bono erit abundan-
tia, vbi autem verba ſunt plurima ibi frequenter egeſtas. Corona ſapi-
entium diuitię eorum, fatuitas ſtultorum imprudentia. Liberat ani-
mas teſtis fidelis, et profert mendacia verſipellis. In timore domini
fiducia fortitudinis, et filijs eius erit ſpes. Timor domini fons vitę,
vt declinet a ruina mortis. In multitudine populi dignitas regis, et
in paucitate plebis ignominia principis. Qui patiens eſt multa gu-
bernatur ſapientia, qui autē impatiens eſt, exaltat ſtulticiā ſuā. Uita
carnium ſanitas cordis, putredo oſſium inuidia. Qui calumniatꝛ egē-
tem exprobrat factori eius, honorat autʒ eum qui miſeretur pauperis
In malicia ſua repelletur impius, ſperat autem iuſtus in morte ſua.
In corde prudentis requieſcit ſapientia, et indoctos quoſcꝫ erudiet:
Iuſticia eleuat gentem, miſeros autem facit populos peccatū. Acce-

ptus eſt regi miniſter intelligens, iracundiã eius inutilis ſuſtinebit.

¶ C.S. De effectu ſermonis boni, de cognitiõe dei, de victimis impioꝝ, de doctrina obediẽtię, de hilaritate conſcientię, laus timoris ⁊ caſtitatis, de iracũdia, pigritia, ſapiẽtia ⁊ vidua eccleſia, de auaricia et oratione iuſtoꝝ, de fama bona, de diſcipulo obediente ¶ Ca.xv.

RESponſio mollis frangit iram, ſermo durus ſuſcitat furorem. Lingua ſapientum ornat ſcientiam, os fatuorum ebulit ſtulticiam. In omni loco oculi domini contemplantur bonos et malos. Lingua placabilis lignum vitę, quę autem immoderata eſt conteret ſpiritum. Stultus irridet diſciplinam patris ſui, qui autem cuſtodit increpationes aſtutior fiet. In abundãti iuſticia virtus magna eſt, cogitationes autem impiorum eradicabuntur. Domus iuſti plurima fortitudo ⁊ in fructibus impij conturbatio. Labia ſapientum diſſeminabunt ſcientiã, cor ſtultoꝝ diſſimile erit. Victimę impioꝝ abominabiles dño: vota iuſtorum placabilia. Abominatio eſt domino via impij, qui ſequit̃ iuſticiaʒ diligitur ab eo. Doctrina mala deſerentium viam vitę, qui increpationes odit morietur. Infernus et perditio coraʒ dño, quantomagis corda filioꝝ hominuʒ: Non amat peſtilens eum qui ſe corripit, nec ad ſapientes gradit̃: Cor gaudens exhilarat faciem, in merore animi deijcitur ſpiritus. Cor ſapientis querit doctrinam, et os ſtultorum paſcitur imperitia. Omnes dies pauperis mali, ſecura mens quaſi iuge cõuiuium. Melius eſt paruʒ cuʒ timore domini, q̃ʒ theſauri magni et inſatiabiles. Melius eſt vocari ad olera cum charitate, q̃ʒ ad vitulum ſaginatum cum odio. Vir iracundus prouocat rixas, qui patiens eſt mitigat ſuſcitatas. Iter impioruʒ quaſi ſepes ſpinarum, via iuſtorum abſqʒ offendiculo. Filius ſapiens letificat patrẽ, ⁊ ſtultus homo deſpicit matrem ſuam. Stulticia gaudium ſtulto, et vir prudens dirigit greſſus ſuos. Diſſipantur cogitationes vbi nõ eſt conſilium, vbi vero ſunt plures conſiliarij, confirmantur. Letatur homo in ſententia oris ſui, et ſermo oportunus eſt optimus. Semita vitę ſuper eruditum vt declinet de inferno nouiſſimo. Domum ſuper-

borum demolietur dominus, et firmos faciet terminos viduę. Abo-
minatio domini cogitationes malę, ⁊ purus ſermo pulcherrimus fir-
mabitur ab eo. Conturbat domum ſuaʒ, quę ſectatur auariciam, q̇ au-
tem munera viuet. Per miſericordiā et fidem purgantur peccata, per
timorē autem dn̄i declinat om̄is a malo. Mens iuſti meditabit̄ obe-
dientiā, os impiorꝝ redundat malis. Longe eſt dn̄s ab impijs, ⁊ orati-
ones iuſtorꝝ exaudiet. Lux oculorꝝ letificat animā: fama bona impin-
guat oſſa. Auris que audit increpationes vitę, in medio ſapientium
cōmorabitur. Qui abijcit diſciplinam, deſpicit animā ſuam, qui autē
acquieſcit increpationibus, poſſeſſor eſt cordis. Timor domini diſci-
plina ſapientię, et gloriam precedit humilitas

¶ C. S. q̄ dominus dirigit vias hominum, videt et ponderat de via
bona et laude paupertatis: de indignatione regis, et clementia et lau-
de, et ſapiētia et humilitate, de ſciſmatico et adultero, de laude ſenectu-
tis et patientię ¶ Ca. xvi

HOminis eſt animā preparare, et domini gubernare linguam
Omnes vię hominum patent oculis eius, ſpirituum ponde-
rator eſt dn̄s. Reuela dn̄o opa tua, et dirigent̄ cogitatiōes tuę. Uni-
uerſa ꝓpter ſemetipm̄ opatus eſt dn̄s, impium quoqʒ ad diem maluʒ
Abominatio dn̄i eſt oīs arrogans etiā ſi manus ad manum fuerit, nō
eſt innocens. Initium vię bonę facere iuſticiā, accepta eſt apud deum
magis q̄ʒ immolare hoſtias. Miſericordia ⁊ ỽitate redimitur iniqui-
tas, et in timore dn̄i declinat̄ a malo. Cum placuerint dn̄o vię homīs
inimicos quoqʒ eius cōuertet ad pacem. Meliꝰ eſt parꝝ cū iuſticia, q̄ʒ
multi fructus cum iniquitate. Cor hoīs diſponit viam ſuā, ſed domi-
ni eſt dirigere greſſus eius. Diuinatio in labijs regis, in iudicio nō er-
rabit os eius. Pondus et ſtatera iudicia domini ſunt, et opera eiꝰ om-
nes lapides ſeculi. Abominabiles regi qui agūt impie, quoniā iuſticia
firmatur ſolium. Uoluntas regum labia iuſta, q̇ recta loq̇tur dirige-
tur. Indignatio regis nuncij mortis, ⁊ vir ſapiens placabit eū. In hi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 41

laritate vultus regis vita, et clemētia eius quaſi imber ſerotinꝰ Poſſi/
de ſapientiam, quia auro melior eſt, et acquire prudentiam, quia precio/
ſior eſt argento. Semita iuſtorum declinat mala, cuſtos animę ſuę ſer/
uat vitam ſuam. Contritionem precedit ſuperbia, ⁊ ante ruinam exal/
tabitur ſpiritus. Melius eſt humiliari cum mitibus q̄ȝ diuidere ſpo/
lia cum ſuperbis. Eruditus in ꝟbo reperiet bona, et qui ſperat in do/
mino beatus eſt. Qui ſapiens eſt corde, appellabitur prudens, et qui
dulcis eloquio maiora reperiet. Fons vitę eruditio poſſidētis, doctri/
na ſtultorum fatuitas. Cor ſapientis erudiet os eius, et labijs eius ad/
det gratiam. Fauus mellis compoſita verba, dulcedo animę ſanitas
oſſium. Eſt via quę videtur homini recta et nouiſſima eius ducunt ad
mortem. Anima laborantis laborat ſibi, quia compulit eum os ſuum
Uir inſipiens fodit malum, et in labijs eiꝰ ignis ardeſcit. Homo per/
uerſus ſuſcitat lites, ⁊ verboſus ſeparat principes. Uir iniquus lactat
amicum ſuum, et ducit eum per viam nō bonam. Qui attonitis ocu/
lis cogitat praua, mordens labia ſua perficiet malum. Corona dignita/
tis ſenectus, quę in vijs iuſticię reperietur. Melior eſt patiens viro
forti, ⁊ qui dominatur animo ſuo, expugnatore vrbium. Sortes mit/
tuntur in ſinum, ſed a domino temperantur.

¶ C. S. De leta cōſcientia, de probatione iuſti et gemma gratiſſima, de ſtulto incorrigibili, de ſtulto diuite, de vero amico ⁊ rectore animaꝝ, de oculis ſtultoꝝ, de conſilio ſtulto, de moderamine linguę ¶ Ca. xvij

MElior eſt buccella ſicca cum gaudio, q̄ȝ domus plena victi/
mis cum iurgio. Seruus ſapiēs dominabitur ſtultis filijs
et inter fratres hereditatem diuidet. Sicut igne probatur argentum,
et aurum camino, ita corde probat dñs. Malus obedit linguę iniquę
et fallax obtemperat labijs mendacibus. Qui deſpicit pauperem, ex/
probrat factori eius, et qui in ruina letatur alterius non erit impunitꝰ
Corona ſenum filij filiorum, et gloria filiorum patres eorum Non de/
cent ſtultum verba compoſita, nec principum labia mentiens. Gem/
ma gratiſſima expectatio preſtolantis, quocunqȝ ſe vertit prudenter

intelligit. Qui celat delictum, querit amicitias, qui altero ſermone repetit, ſeparat foederatos. Plus proficit correctio apud prudentem, q̄ȝ centum plagę apud ſtultum. Semper iurgia querit malus, angelus autem crudelis mittetur contra eum. Expedit magis vrſę occurrere raptis fetibus, q̄ȝ fatuo confidenti ſibi in ſtulticia ſua. Qui reddit mala pro bonis, non recedet malum de domo eius. Qui dimittit aquam caput eſt iurgiorum, et anteq̄ȝ patiatur contumeliaȝ iudicium deſerit. Et qui iuſtificat impium, et qui condemnat iuſtum abominabilis eſt vterqȝ apud deum. Quid prodeſt ſtulto habere diuitias, cum ſapientiam emere non poſſit? Qui altam facit domum ſuam querit ruinaȝ, et qui euitat diſcere incidet in malum. Omni tempore diligit qui amicus eſt, et frater in anguſtijs cōprobatur. Stultus homo plaudet manibus ſuis cum ſpoponderit pro amico ſuo. Qui meditatur diſcordias diligit rixas et qui exaltat os ſuum querit ruinā. Qui peruerſi cordis eſt, non inuenit bonum, et qui vertit linguam incidet in malum. Natus eſt ſtultus in ignominiam ſuam, ſed nec pater in fatuo letabitur. Animus gaudens ętatem floridam facit, ſpiritus triſtis exiccat oſſa. Munera de ſinu impius accipit, peruertat ſemitas iudicij. In facie prudentis lucet ſapientia, oculi ſtultorum in finibus terrę. Ira patris filius ſtultus et dolor matris que genuit eum. Non eſt bonum damnum inferre iuſto, nec percutere principem qui recta iudicat. Qui moderatur ſermones ſuos, doctus et prudens eſt, et precioſi ſpiritus vir eruditus. Stultus quoqȝ ſi tacuerit, ſapiens reputabitur, et ſi compreſſerit labia ſua intelligens,

¶ C. S. De receſſu ab amico, de deſperato, de verbis viri, de non deuiando a veritate, de ore ſtulti, de iuſto ſe accuſante, de fratre iuuāte fratrem, de fructu oris, de muliere bona et de mala, de locutione diuitis et pauperis, de amico ſociali ¶ Ca. xviij

OCcaſiones querit qui vult recedere ab amico omni tempore erit exprobrabilis. Nō recipit ſtultus verba prudentię, niſi ea dixeris que verſantur in corde eius, Impius cum in profundum venerit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 41

peccatorum contemnit, ſed ſequitur eum ignominia et opprobrium. Aqua profunda verba ex ore viri, ⁊ torrens redundans fons ſapientię. Accipere perſonam impij in iudicio non eſt bonum, vt declines a veritate iudicij. Labia ſtulti miſcent ſe rixis, et os eius iurgia prouocat. Os ſtulti contritio eius, et labia ipſius ruina animę eius. Verba bilinguis quaſi ſimplicia, et ipſa perueniunt vſq; ad interiora ventris, pigrum deijcit timor, animę autem effeminatorū eſurient. Qui mollis et diſſolutus eſt in opere ſuo, frater eſt ſua opera diſſipantis. Turris fortiſſima nomen domini, ad ipſam currit iuſtus et exaltabitur. Subſtantia diuitis vrbs roboris eius, et quaſi murus validus circūdans eum. Antequam conteratur exaltatur cor hominis et antequa; glorificetur humiliatur. Qui prius reſpondet quam audiat ſtultum ſe eſſe demonſtrat et confuſione dignum. Spiritus viri ſuſtentat imbecillitatem tuam, ſpiritum vero ad iraſcendum facilem, quis poterit ſuſtinere. Cor prudentis poſſidebit ſcientiam, ⁊ auris ſapientium querit doctrinam. Domum hominis dilatat viam eius et ante principes ſpacium ei facit. Juſtus prior eſt accuſator ſui, venit amicus eius ⁊ inueſtigabit eum. Contradictiones cōprimit ſors, ⁊ inter potētes quoq; dijudicat. Frater qui adiuuatur a fratre quaſi ciuitas firma, et iudicia quaſi vectes vrbium. De fructu oris viri replebitur venter eius, et genimina labiorum ipſius ſaturabunt eum. Mors et vita in manibus lingue, qui diligunt eam comedent fructus eius. Qui inuenit mulierem bonam, inuenit bonum et hauriet iocunditatem a domino. Qui expellit mulierem bonam expellit bonu;, qui autem tenet adulteram ſtultus eſt et inſipiens. Cum obſecrationibus loquitur pauper: et diues effabitur rigide. Vir amicabilis ad ſocietatem, magis amicus erit q̄; frater

¶ C. S. De paupere ſimplici, et de feſtinatione, de ſtulticia, de amicis diuitis et pauperis, de falſo teſte, de gloria patientis et pauperis, de ira regis, de litigioſa muliere, de pigredine operandi, de feruore miſericordię, et de erudiendo filio, de pigro et de malleis deriſoꝝ ¶ Ca. xix

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 41

Parabolę.

Melior eſt pauper qui ābulat in ſimplicitate ſua, q̄ȝ diues torquens labia ſua et inſipiens. Ubi non ē ſcientia animę non ē bonuȝ, et qui feſtinus eſt pedibꝰ offendet. Stulticia hoīs ſupplantat greſſus eius, et contra deum feruet animo ſuo. Diuitię addunt amicos plurimos, a paupere auteȝ et hi quos habuit ſeparātur. Teſtis falſus non erit impunitꝰ, et qui mendacia loquitur nō effugiet Multi colunt perſonā potentis, et amici ſunt dona tribuētis. Fratres hoīs pauperis oderunt euȝ, inſuper et amici procul receſſerunt ab eo. Qui tantum verba ſectatur nihil habebit, qui autē poſſeſſor eſt mentis diligit animā ſuam, et cuſtos prudentię inueniet bona. Falſus teſtis non erit impunitus, et qui loquitur mendacia peribit. Non decent ſtultū diuitię: nec ſeruum dominari principibus. Doctrina viri per patientiam noſcitur, et gloria eius eſt iniqua pretergredi. Sicut fremitus leonis, ita et regis ira, et ſicut ros ſuper herbam ita et hilaritas eius. Dolor patris filius ſtultus, ⁊ tecta iugiter perſtillantia litigioſa mulier Domꝰ et diuitię dātur a parentibꝰ, a domino autem ꝓprie vxor prudens. Pigredo immittit ſoporem, ⁊ anima diſſoluta eſuriet. Qui cuſtodit mandatum cuſtodit animam ſuam, q̄ autem negligit viā ſuaȝ mortificabit᷑. Fœneratur dn̄o qui miſeretur pauperis, et viciſſitudinē ſuam reddet ei. Erudi filium tuum ne deſperes, ad interfectionem aūt eius ne ponas animā tuaȝ. Qui em̄ impatiens eſt ſuſtinebit damnū: et cum rapuerit aliud apponet. Audi cōſilium ⁊ ſuſcipe diſciplinā vt ſis ſapiēs in nouiſſimis tuis. Multę cogitatiōes in corde viri voluntas autem dn̄i in eternum permanebit. Homo indigens miſericors ē, et melior eſt pauper iuſtus q̄ȝ vir mendax. Timor domini ad vitam, ⁊ in plenitudine cōmorabitur abſqȝ viſitatione peſſimi. Abſcondit piger manum ſuam ſub aſcella, nec ad os ſuum applicat eaȝ. Peſtilente flagellato ſtultus ſapientior erit, ſi autem corripueris ſapientem, intelliget ſapientiam. Qui affligit patrem et fugit matrem ignominioſus erit et infelix. Non ceſſes audire fili doctrinam, nec ignores ſermones ſcientię. Teſtis iniquus deridet iudicium, et os impiorū deuorat iniq-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 41

tatem. Parata ſunt deriſoribus iudicia, et mallei percutientes ſtulto-
rum corporibus

C. S. De vino et contentionibus, de rege diſſipante malum, de põ-
dere et menſura, de ſomno fugiendo, de emptore vilipendente, de pa-
ne mendacij, de hereditate feſtinata, de duplici pondere, de maledictio-
ne patris et matris, de voto reddendo, de fortitudine, de lucerna men-
tis, de mundicia mentis. Ca. xx.

LUxurioſa res vinum, et tumultuoſa ebrietas. Quicunqꝫ his
delectatur non erit ſapiens. Sicut rugitus leonis ita et terror
regis, qui prouocat eum peccat in animam ſuaꝫ. Honor eſt homini q̃
ſeparat ſe a contentionibus, omnes autem ſtulti miſcentur contume-
lijs. Propter frigus piger arare noluit, mendicabit ergo eſtate et non
dabitur illi. Sicut aqua profunda: ſic conſilium in corde viri, ſed ho-
mo ſapiens exhauriet illud, multi homines miſericordes vocantur, vi-
rum autem fidelem quis inueniet? Juſtus qui ambulat in ſimplicita-
te ſua, beatos poſt ſe filios relinquit. Rex qui ſedet in ſolio iudicij diſſi
pat omne malũ intuitu ſuo. Quis poteſt dicere, mundum eſt cor me-
um, purus ſum a peccato? Pondus et pondus, menſura et menſura,
vtrũqꝫ abominabile eſt apud deum. Ex ſtudijs ſuis intelligitur puer
ſi munda et recta ſunt opa eius. Aurem audientẽ et oculum videnteꝫ
dominus fecit vtrūqꝫ. Noli diligere ſomnum, ne te egeſtas opprimat.
Aperi oculos tuos et ſaturare panibus. Malum eſt, malum eſt, dicit
om̃is emptor, et cum receſſerit gloriabitur. Eſt aurum ⁊ multitudo
gemmaꝝ, vas autem precioſum labia ſciẽ. Tolle veſtimentum eius q̃
fideiuſſor extitit alieni, et pro extraneis aufer pignus ab eo. Suauis ẽ
homini panis mẽdacij, et poſtea implebitur os eius calculo. Cogita-
tiões cõſilij roborãtur, et gubernaculis tractãda ſunt bella. Et q̃ reue-
lat miſteria, et ambulat fraudulenter, et dilatat labia ſua, ne cõmiſcea-
ris. Qui maledicit patri ſuo et matri, extinguet lumen eius in medijs
tenebris. Hereditas ad quaꝫ feſtinatur in principio, in nouiſſimo be-
nedictione carebit. Nec dicas reddã malum pro malo expecta domi-
num et liberabit te. Abominatio eſt apud deum pondus et pondus,

et ſtatera doloſa non eſt bona. A domino diriguntur greſſus viri, quis autem hominum intelligere poteſt viam ſuam? Ruina eſt homini deuotare ſanctos, et poſt vota retractare. Diſſipat impios rex ſapiens, et incuruat ſuper eos fornicem. Lucerna domini ſpiraculum hominis que inueſtigat omnia ſecreta ventris. Miſericordia et veritas cuſtodiunt regem, ⁊ roboratur clementia thronus eius. Exultatio iuuenum fortitudo eorum, ⁊ dignitas ſenū canicies. Liuor vulneris abſterget mala, et plagę in ſecretioribus ventris

C. S. De corde regis, laus miſericordię ⁊ iudicij, de potētia iniqua de muliere litigioſa, de victoria Chriſti, de ſuperbo, et pigro et hoſtijs īpiorum, de viro obediente, de laude gratię, et teſte mendacij Ca. xxi.

SIcut diuiſiones aquaruz, ita cor regis in manu domini, quocunqꝫ voluerit inclinabit illud. Omnis via viri recta ſibi videtur, appēdit autem corda dominus. Facere miſericordiam ⁊ iudicium, magis placet domino quam victimę. Exaltatio oculorum eſt dilatatio cordis, lucerna impiorum peccatuz. Cogitationes robuſti ſemper in abundantia, omnis autem piger in egeſtate eſt. Qui congregat theſauros lingua mendacij vanus et excors eſt, ⁊ impinguetur ad laqueos mortis. Rapinę impiorum detrahent eos, quia noluerunt facere iudicium. Peruerſa via viri aliena eſt a deo, qui autē mundus eſt, rectum opus eius. Melius eſt ſedere in angulo domatis q̄z cum muliere litigioſa, et in domo communi. Anima impij deſyderat malum, non miſerebitur proximo ſuo. Mulctato peſtilente ſapientior erit paruulus: et ſi ſectetur ſapientem ſumet ſcientiā. Excogitat iuſtus de domo impij, vt detrahat impios a malo. Qui obturat aurem ſuā ad clamorē pauperis, et ipſe clamabit et nō exaudiet. Munus abſcōditum extinguit iras, et domum in ſinu indignationem maximā. Gaudium iuſto eſt facere iudiciū, et pauor operātibus iniquitatez. Vir qui errauerit in via doctrinę, in cetu gigātium cōmorabit. Qui diligit epulas in egeſtate erit, qui amat vinū et pinguia nō ditabitur. Pro iuſto dabitur impius; et p recto iniquus. Melius eſt habitare in terra deſerta

q̄ȝ cum muliere rixoſa et iracunda. Theſaurus deſiderabilis et oleum in habitaculo iuſti et ĩprudens homo diſſipabit illud. Qui ſequit̃ iuſticiam et miſericordiam inueniet vitam, iuſticiam et gloriam. Ciuitatem fortium aſcendit ſapiens deſtruxitq́ȝ robur fiduciacius. Qui cuſtodit os ſuũ et linguam ſuam: cuſtodit ab anguſtijs aĩam ſuã. Superbus et arrogans vocatur indoctus, q̃ in ira operatur ſuperbiam. Deſideria occidunt pigrum, noluerunt eñ quicq́ȝ manus eius operari. Tota die cõcupiſcit et deſiderat, qui autem iuſtus eſt tribuet et non ceſſabit. Hoſtię impiorum abominabiles que offeruntur ex ſcelere. Teſtis mendax peribit, vir obediens loquetur victoriã. Uir impius procaciter obfirmat vultũ ſuum, qui autem rect⁹ eſt corrigit viã ſuam. Non eſt ſapientia, non eſt prudentia, non eſt conſilium contra dñm. Equus paratur ad diem belli, dñs autem ſalutem tribuit

¶ C. S. De fama bona, de conuenientia duaruȝ naturaȝ in Chriſto, de fine modeſtię, de fœnerante, de dandis muneribus, de mundicia p̄dicãtis, de pigro, de puero ſtulto, de calũniatore, de audienda ſapĩa, de violentia non facienda pauperi: de amicitia iracundi, de non fide iubendo, de preſumptione ¶ Ca. xxij.

MElius eſt nomen bonũ, q̄ȝ diuitię multę ſuper argentũ eniȝ & aurũ gratia bona. Diues et pauper obuiauerunt ſibi, vtriuſq́ȝ operator eſt dominus. Callidus videt malum, et abſcondit ſe, innocens pertranſijt et afflictus eſt damno. Finis modeſtię timor domini, diuitię et gloria et vita. Arma et gladij in via ſuperbi, cuſtos auteȝ animę ſuę longe recedit ab eis. Prouerbium eſt adoleſcens iuxta viaȝ ſuam, etiam cum ſenuerit non recedet ab ea. Diues pauperibus imperat, et qui accipit mutuum ſeruus eſt fœnerantis. Qui ſeminat iniq̃tatem, metet mala, et virga irę ſuę conſumabitur. Qui pronus eſt ad miſericordiam benedicetur, de panibus enim ſuis dedit pauperi. Uictoriam et honorem acquiret qui dat munera, animam autem aufert accipientium. Eijce deriſorem et exibit cum eo iurgium, ceſſabuntq́ȝ cauſę et contumelię. Qui diligit cordis mundiciam propter gratiam labiorum ſuorum, habebit amicum regem. Oculi domini cuſtodiunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 41

ſcientiam, ⁊ ſupplātant verba iniqui, dicit piger leo eſt foris, in medio platearum occidendus ſum. Fouea profunda os aliene, cui iratus ē do minus incidet in eam. Stulticia colligata eſt in corde pueri ⁊ virga diſcipline fugabit eam. Qui calumniatur pauperem vt augeat diui- tias ſuas, dabit ipſi ditiori et egebit. Fili mi inclina aurem tuam, et au- di verba ſapientum. Appone autem cor ad doctrinaz meam, que pul- cra erit tibi cum ſeruaueris eam in ventre tuo. Et redundabit in labijs tuis, vt ſit in domino fiducia tua. Unde et oſtendam eam tibi hodie. Ecce deſcripſi eam tibi tripliciter in cogitationibus et ſcientia, vt oſtē derem tibi firmitatem et eloquia veritatis, reſpodere ex eis illis qui mi- ſerunt te. Non facias violentiam pauperi, quia pauper eſt neq; conte ras egenum in porta, quia iudicabit dominus cauſam eius, et configet eos qui confixerunt animam eius. Noli eſſe amicus homini iracundo neq; ambules cum viro furioſo ne forte diſcas ſemitas eius, et ſumas ſcandalum anime tue. Noli eſſe cum his qui defigunt manus ſuas et qui vades ſe offerunt pro debitis. Si eniz non habes vñ reſtituas, q̄d cauſe eſt vt tollat operimentū de cubili tuo. Ne tranſgrediaris termi- nos antiquos quos poſuerunt patres tui. Vidiſti virum velocem in opere ſuo, coram regibus ſtabit, nec erit ante ignobiles.

¶C. S. De conuiuio principum: de moderatione ſcientie, de non co- medendo cum inuido, de agro pupillorum, de diſciplina pueri, de com- meſſatione et ebrietate, de concupiſcentia meretricis ¶Ca. xxiij.

QUando ſederis vt comedas cum principe, diligenter attende, que ſunt appoſita ante faciem tuam, et ſtatue cultrum in gut- ture tuo ſi tamen habes in poteſtate animam tuam. Ne deſideres de cibis eius in quo eſt panis mendacij. Noli laborare vt diteris, ſed prudentie tue pone moduz. Ne erigas oculos tuos ad opes quas non potes habere, quia facient ſibi pennas quaſi aquile et volabunt in celum. Ne comedas cum homine inuido ⁊ ne deſideres cibos eius quoniā in ſimilitudinem arioli et coniectoris eſtimat quod ignorat.

Comede et bibe dicet tibi, et mens eius non eſt tecum. Cibos quos comederas euomes, et perdes pulchros ſermones tuos. In auribus inſipientium ne loquaris qꝛ deſpiciet doctrinā eloquij tui. Ne attingas paruulorum terminos et agrum pupilloꝝ ne introeas. Propinquus enim illorum fortis eſt et ipſe iudicabit contra te cauſam illorum. Ingrediatur ad doctrinam cor tuum, ⁊ aures tuę ad verba ſcientię. Noli ſubtrahere a puero diſciplinam, ſi em̄ percuſſeris eum virga nō morietur. Tu virga percuties eum, et animam eius de inferno liberabis. Fili mi ſi ſapiens fuerit animus tuus, gaudebit tecum cor meum, ⁊ exultabunt renes mei cum locuta fuerint recta labia tua. Non emulet cor tuum peccatores, ſed in timore domini eſto tota die, quia habebis ſpem, in nouiſſimo, ⁊ preſtolatio tua nō auferetur. Audi fili mi, ⁊ eſto ſapiens, et dirige in via animū tuum. Noli eſſe in conuiuijs potatorū nec in comeſationibus eorum, quia carnes ad veſcendum cōferunt, qꝛ vacātes potibus et dātes ſymbola cōſumentur, ⁊ veſtietur panis dormitatio. Audi patrem tuum qui genuit te, et non contemnas cum ſenuerit mater tua. Ueritatem eme, et noli vendere ſapientiā et doctrinam et intelligentiā. Exultat gaudio pater iuſti qui ſapientem genuit letabitur in eo. Gaudeat pater tuus et mater tua, et exultet qui genuit te. Prebe fili mi cor tuum mihi, et oculi tui vias meas cuſtodiant, Fouea enim profunda eſt meretrix, ⁊ puteus anguſtus aliena. Inſidiatur in via quaſi latro, ⁊ q̄s incautos inuenerit interficiet. Cui ve, cuiꝰ patri ve, cui rixę, cui foueę: cui ſine cauſa vulnera, cui ſuffoſſio oculoꝝ: Nōne his qui cōmorantur in vino ⁊ ſtudēt calicibus epotādis: Ne intuearis vinum quando flaueſcit, cum ſplenduerit in vitro color eiꝰ. Ingreditur blande, et in nouiſſimo mordebit vt coluber et ſicut regulus venena diffundet. Oculi tui videbūt extraneas, et cor tuū loquetur peruerſa. Et eris ſicut dormiens in medio mari, et quaſi ſopitꝰ gubernator amiſſo clauo, et dices. Uerberauerūt me ſed nō dolui, traxerunt me et ego nō ſenſi. Qn̄ euigilabo, et rurſus vina reperiam.

¶ C. S. De ſapientia et ſapiēte, de ſtulto et deſperāte, de his q̄ ducū-

tur ad mortem, de melle et fauo, de caſu iuſti et caſu inimici, de equitate
iudicij, de agro exercendo de agro pigri hoīs, ⁊ de pigro Ca. Xxiiij

NE emuleris viros malos nec deſyderes eſſe cum eis, quia rapi-
nas meditatur mens eorum, et fraudes labia eorum loquun-
tur, ſapientia edificabitur domus, et prudētia roborabitur. In doctri-
na replebuntur cellaria vniuerſa, ſubſtantia precioſa et pulcherrima.
Uir ſapiens fortis eſt, et vir doctus robuſtus et validus, quia cuꝫ diſ-
poſitione initur bellum, et erit ſalus vbi multa conſilia ſunt. Excelſa
ſtulto ſapientia, in porta nō aperiet os ſuum. Qui cogitat mala facere
ſtultus vocabit̃. Cogitatio ſtulti peccatum eſt, ⁊ abominatio hominū
detractor. Si deſperaueris lapſus in die āguſtię, imminuetur fortitu-
do tua. Erue eos qui ducunt̃ ad mortem, ⁊ q̄ trahuntur ad interitum
liberare ne ceſſes Si dixeris vires non ſuppetunt qui inſpector eſt cor-
dis ipſe intelligit et ſeruatorem animę tuę nihil fallit reddetqꝫ homini
iuxta opera ſua. Comede fili mi mel, quia bonum eſt, et fauum dulciſſi-
mum gutturi tuo. Sic et doctrina ſapientię animę tuę quam cum
inueneris habebis in nouiſſimis ſpem et ſpes tua non peribit. Ne in-
ſidieris et queras impietatem in domo iuſti, neqꝫ vaſtes requiem eius
Septies enim in die cadet iuſtus ⁊ reſurget, impij autem corruēt in
malum. Cum ceciderit inimicus tuus ne gaudeas, et in ruina eius ne
exultet cor tuum, ne forte videat dominus et diſpliceat ei, et auferat ab
eo irā ſuā. Ne contendas cuꝫ peſſimis, nec emuleris impios, quoniā
non habent futurorum ſpem mali, et lucerna impiorum extinguetur.
Time dominum fili mi ⁊ regem, ⁊ cum detractoribus non commiſce-
aris. Quoniā repente cōſurget ꝑditio eorum, ⁊ ruinam vtriuſqꝫ quis
nouit: Hęc quoqꝫ ſapientibus. Cognoſcere perſonam in iudicio non
eſt bonum. Qui dicunt impio iuſtus es, maledicent eis populi, et de-
teſtabuntur eos tribus. Qui arguunt eum laudabuntur, et ſuper eos
veniet benedictio. Labia deoſculabit̃ qui recta verba reſpondet. Pre-
para foris opus tuum, et diligenter exerce agrum tuum, et poſtea edi-
fices domum tuā. Ne ſis teſtis fruſtra contra proximum tuum, nec la-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 41

ctes quenq̄ꝫ labijs tuis. Ne dicas quomõ fecit mihi ſic faciã ei, ⁊ red-
dam vnicuiqꝫ ſm opus ſuum. Per agrꝫ pigri trãſiui, et per vineã viri
ſtulti. Et ecce totum repleuerant vrtice, et operuerant ſuperficiem ei⁹
ſpinę, et maceria lapidum deſtructa erat. Quod cum vidiſſem poſui
in corde meo, et exemplo didici diſciplinam, vſqꝫquo piger dormies,
vſqꝫquo de ſomno conſurges. Paruꝫ iniq̄ꝫ dormies modicum dormi-
tabis, pauxillum manus conſeres vt quieſcas et veniet tibi quaſi cur-
ſor egeſtas tua, et mendicitas quaſi vir armatus

¶ C. S. De celando verba, de purgãdo ſermone, de humilitate, de p̄-
dicante et obediente, de legato fideli, de melle edendo, de falſo teſte, de a-
mico infideli, de incorrigibili, de triſticia auari, de benignitate, de diſſi-
pãte, de detractione, de ſcandalo, de garrulitate. ¶ Ca. xxv.

HE quoqꝫ parabolę Salomonis quas tranſtulerunt viri eze-
chię regis iuda. Gloria dei eſt celare verbum, et gloria regum
inueſtigare ſermonem. Celum ſurſum, et terra deorſum et cor regum
inſcrutabile. Aufer rubiginem de argento, ⁊ egredietur vas puriſſimũ
Aufer impietatem de vultu regis ⁊ firmabitur iuſticia thronus eius
Ne glorioſus appareas coram rege, et in loco magnorum ne ſteteris.
Melius eſt enim vt dicatur tibi aſcende huc, q̄ꝫ vt humilieris coram
principe. Que viderunt oculi tui ne proferas in iurgio cito, ne poſtea
emendare non poſſis cum dehoneſtaueris amicum tuum. Cauſam tu-
am tracta cum amico tuo, et ſecretum extraneo ne reueles ne forte in-
ſultet tibi cum audierit, ⁊ exprobrare non ceſſet. Gratia et amicitia li-
berant quas tibi ſerua, ne exprobrabilis fias. Mala aurea in lectis ar-
genteis qui loquitur verbum in tempore ſuo. Inauris aurea et mar-
garita fulgens qui arguit ſapientem et aurem obedientem. Sicut fri-
gus niuis in die meſſis, ita legatus fidelis ei qui miſerit eum, animam
ipſius requieſcere facit. Nubes et ventus et pluuię non ſequentes vir
glorioſus et promiſſa non complens. Patientia lenietur princeps,
et lingua mollis confringet duritiam. Mel inueniſti, comede, quod
ſufficit tibi ne forte ſatiatus euomas illud. Subtrahe pedem tuum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 41

de domo proximi tui,neqn̄do ſatiatus oderit te. Jaculum et gladius
et ſagitta acuta homo qui loquitur contra proximum ſuum falſuꝫ te/
ſtimonium. Dens putridus et pes laſſus qui ſperat ſuper infideli in
die anguſtię,et amittit pallium in die frigoris. Acetum in nitro,q̄ cā/
tat carmina cordi peſſimo. Sicut tinea veſtimento:et vermis ligno,
ita triſticia viri nocet cordi. Si eſurierit inimicus tuus ciba illum, ſi
ſitit da ei aquā bibere. Prunas enim congregabis ſuper caput eius, et
dominus reddet tibi. Uentus aquilo diſſipat pluuias,et facies triſtis
linguam detrahentem. Melius eſt ſedere in angulo domatis:q̄ꝫ cum
muliere litigioſa,et in domo cōmuni. Aqua frigida animę ſitienti,et
nuncius bonus de terra longinqua. Fons turbatus pede et vena cor/
rupta,iuſtus cadens coram impio. Sicut qui mel multum comedit
non eſt ei bonum,ſic qui ſcrutator eſt maieſtatis opprimetur a gloria.
Sicut vrbs patens et abſq; murorum ambitu,ita vir qui non poteſt
in loquendo cohibere ſpiritum ſuum

¶ C. S. De gloria ſtulti, de maledicto, de confutando ſtulto, de
non committenda predicatione ſtulto, de reuerſo ad peccatum, de pi/
gro oſtendente ſapientiam ſuam, de impatiente, de ſuſurrone, de amico
fraudulento ¶ Ca. xxvi.

QUomodo nix in ęſtate,et pluuię in meſſe,ſic indecens eſt ſtul/
to gloria. Sicut auis ad alta tranſuolans,et paſſer quolibet
vadens ſic maledictum fruſtra prolatum in quempiam ſuperueniet.
Flagellum equo et chamus aſino, et virga in dorſo imprudentium.
Ne reſpondeas ſtulto iuxta ſtulticiam ſuam, ne efficiaris ei ſimilis.
Reſponde ſtulto iuxta ſtulticiam ſuam,ne ſibi ſapiens eſſe videatur.
Claudus pedibus et iniquitatem bibens,qui mittit verba per nunci/
um ſtultum. Quomodo pulchras fruſtra habet claudꝰ tibias,ſic inde
cens eſt in ore ſtultorum parabola. Sicut qui mittit lapidem in acer/
uum mercurij,ita qui tribuit inſipienti honorem. Quomodo ſi ſpina
naſcat̃ in manu temulenti,ſic parabola in ore ſtultoꝝ. Judiciuꝫ deter/
minat cauſas,⁊ qui impoſuit ſtulto ſilētiuꝫ iras mitigat Sicut canis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 41

qui reuertitur ad vomitum ſuum, ſic imprudens qui iterat ſtulticiam ſuam. Uidiſti hoīem ſapientem ſibi videri, magis illo ſpem habebit inſipiens. Dicit piger leo eſt in via: et leena in itineribus. Sicut oſtiū vertitur in cardine ſuo, ita piger in lectulo ſuo. Abſcondit piger manus ſub aſcella ſua, ⁊ laborat ſi ad os ſuum eas cōuerterit. Sapientior ſibi ſtultus videt̃ ſeptem viris loq̄ntibus ſniās. Sicut q̄ apprehendit aurib⁹ canem, ſic qui trāſit et impatiens cōmiſcet̃ rixę alterius. Sicut noxius eſt, q̄ mittit ſagittas ⁊ lāceas in mortē, ita vir qui fraudulenter nocet amico ſuo, et cum fuerit dep̄hensus dicet, ludens feci. Cū defecerint ligna extinguet̃ ignis, et ſuſurrone ſubtracto, iurgia conquieſcunt Sicut carbones ad prunas et ligna ad ignem, ſic homo iracundus ſuſcitat rixas. Uerba ſuſurronis quaſi ſimplicia et ipſa p̄ueniūt ad intima cordis. Quō ſi argento ſordido ornare velis vas fictile, ſic labia tumētia cum peſſimo corde ſociata. Labijs ſuis intelligitur inimicus, cū in corde tractauerit dolos. Qn̄ ſubmiſerit vocem ſuaȝ ne credideris ei, qm̄ ſeptem nequitię ſunt in corde illius. Qui operit odium fraudulenter, reuelabit̃ malicia eius in cōcilio. Qui fodit foueam incidet in eam, et qui voluit lapidem reuertetur ad eum. Lingua fallax nō amat veritatem, et os lubricum operatur ruinas.

¶ C. S. De iactātia, de ira ſtulti, de laude correptiōis, de fama iuſticię de dulcedine boni animi, de adulatore, de muliere litigioſa, de incorrigibili, de ſubditis agnoſcēdis, de ſacris ſcp̄turis ¶ Ca. xxvij

NE glorieris in craſtinuȝ, ignorās q̄d ſuperuentura pariat dies. Laudet te alienus et non os tuum: extraneus et non labia tua. Graue eſt ſaxum ⁊ oneroſa arena, ſed ira ſtulti vtroq̄ȝ grauior. Ira nō habet miſericordiam nec erumpens furor, et impetum cōcitati ſpiritus ferre quis poterit. Melior eſt manifeſta correctio q̄ȝ amor abſcōditus. Meliora ſunt vulnera diligentis, q̄ȝ fraudulenta oſcula odientis. Anima ſaturata calcabit fauum, ⁊ anima eſuriens etiam amarum pro dulci ſumet. Sicut auis tranſmigrans de nido ſuo, ſic vir qui dereliquit locum ſuum, Unguento et varijs odoribus delectatur cor, et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 41

bonis amici conſilijs anima dulcoratur. Amicum tuum et amicum patris tui ne dimiſeris, et domum fratris tui ne ingrediaris in die afflictionis tuę. Melior eſt vicinus iuxta, q̄ꝫ frater procul, Stude ſapientię fili mi ⁊ letifica cor meū vt poſſis exprobranti reſpondere ſermonem. Aſtutus vidēs malum abſcōditus eſt, paruuli trāſeuntes ſuſtinuerunt diſpendia. Tolle veſtimentum eius qui ſpopōdit pro extraneo, et pro alienis aufer ei pign⁹. Qui benedixit ꝓximo ſuo voce grādi de nocte conſurgens maledicenti ſimilis erit. Tecta perſtillantia in die frigoris ⁊ litigioſa mulier comparatur. Qui retinet eam quaſi qui ventum teneat, ⁊ oleum dextrę ſuę euacuat. Ferꝝ ferro exacuitur, ⁊ homo exacuit faciem amici ſui, Qui ſeruat ficum comedet fructus eius, ⁊ qui cuſtos eſt domini ſui glorificabitur. Quomodo in aquis reſplendent vultus proſpicientium, ſic corda hominum manifeſta ſunt prudentibus. Infernus ⁊ perditio numq̄ꝫ implentur, ſimiliter ⁊ oculi hominum inſatiabiles. Quomodo ꝓbatur in conflatorio argentum ⁊ in fornace aurum, ſic probatᷣ homo ore laudantis. Cor iniqui inq̇rit mala, cor autem rectum inquirit ſcientiam. Si cōtuderis ſtultum in pila quaſi ptiſanas, feriente deſuper pilo non auferetur ab eo ſtulticia eius. Diligenter agnoſce vultū pecoris tui, tuoſqꝫ greges cōſidera. Nō eniꝫ habebis iugiter poteſtatem, ſed corona tribuetur tibi in generatione ⁊ generationē. Aperta ſunt prata et apparuerunt herbę virentes ⁊ collecta ſunt fena de montibus. Agni ſunt ad veſtimentum tuuꝫ, et hedi ad agri precium. Sufficiat tibi lac capraꝝ in cibos tuos, et in neceſſaria domus tuę ⁊ ad victum ancillis tuis

¶ C. S. De ſecuritate iuſti, de lōga via ducis, de fauore liberali, de oratione execrabili, de ruina deceptionis: de regno impio, de confeſſione, de timore domini, de malo principe, de odiente auariciam, de ocio, de accipiente perſonas, de corripiente, de illo qui ſubtrahit patri vel matri, de dante pauperi, de perſecutore antichriſti

¶ Ca. xxviij

FUgit impius nemine perſequente, iuſtus autem quaſi leo cōfidens abſqꝫ terrore erit. Propter peccata terrę multi principes eis, propter hominis ſapientiā et horū ſciam que dicuntᷣ, vita du-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 41

tis lõgior erit. Uir paup̱ calumniãs paupes similis ē imbri vehemē-
tiin q̃ parat fames. Qui derelinquũt legē, laudãt impium q̃ custodi-
unt succēdunt̃ cõtra eũ. Uiri mali non cogitant iudiciũ, qui aũt inq̃-
runt dñm animaduertũt oĩa. Melior est paup̱ ambulãs in simplici-
tate sua, q̃z diues in prauis itineribꝰ. Qui custodit legē filius sapiēs ē
q̃ aũt cõmesatores pascit ꝯfundit patrē suum. Qui coacervat diuiti-
as vsuris et fenore liberali, in paupes cõgregat eas. Qui declinat au-
res suas ne audiat legem oratio eiꝰ erit execrabilis. Qui decipit iustos
in via mala in interitu suo corruet et simplices possidebunt bona eius.
Sapiens sibi videt̃ vir diues pauper autē prudens scrutabitur eum.
In exultatione iustoꝝ ml'ta gloria est, regnãtibus impijs ruinę hoim.
Qui abscõdit scelera sua non dirigetur qui autem confessus fuerit, et
reliquerit ea misericordiã consequetur. Beatus homo qui semp̱ est pa-
uidus, qui vero mentis est durę corruet in malum. Leo rugiens ⁊ vr-
sus esuriens princeps impius super populum pauperē. Dux indigēs
prudentia, multos opprimet per calumniã, qui autem odit auariciam
lõgi fiant dies eius. Hoĩem qui calumniatur animę sanguinez, si vsq̃z
ad lacum fugerit nemo sustinet. Qui ambulat simpliciter saluus erit,
qui peruersis graditur vijs cõcidet semel. Qui opatur terrã suam sa-
tiabitur panibus qui autē sectatur ociũ replebitur egestate. Uir fide-
lis multum laudabit̃, qui autē festinat ditari, non erit innocens. Qui
cognoscit in iudicio faciez nõ benefacit, iste pro buccella panis deserit
veritatem. Uir qui festinat ditari et alijs inuidet ignorat ꝙ egestas su-
p̱ueniet ei. Qui corripit homĩem, gratiam postea inueniet apud eum,
magis q̃z ille qui per linguę blandimenta decipit. Qui subtrahit ali-
quid a patre suo, vel a matre, et dicit hoc non esse peccatum: particeps
homicidę ē. Qui se iactat et dilatat iurgia concitat, qui vero sperat in
dño saluabit̃. Qui cõfidit in corde suo stultus est, qui autem graditur
sapienter ipse laudabit̃. Qui dat pauperi nõ indigebit qui despicit de-
precantem sustinebit penuriam. Cum surrexerint impij abscondentur
hoies, cum illi perierint multiplicabuntur iusti.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 41

¶C.S. De incorrigibili, de principatu impij. de rege iuſto, de homine ficto, de loquela iuſti, de rege qui iudicat, de virga et eruditione filij, de effectu prophetię, de puero delicato, de verboſo, de iracundo. De currente cum fure, de timendo homine, de ſeſe abominantibus, de iuſto et impio

¶Ca. Xxix

Viro qui corripientem dura ceruice contemnit, repentinus ei ſuperueniet interitus et eum ſanitas non ſequetur. In multiplicatione iuſtorum letabitur vulgus, cum impij ſumpſerint principatum gemet populus. Uir qui amat ſapientiam letificat patrem ſuum, qui autem nutrit ſcortuꝫ perdet ſubſtantiā. Rex iuſtus erigit terram: vir auarus deſtruet eam. Homo qui blandis fictiſqꝫ ſermonibꝰ loquitur amico ſuo, rhete expandit greſſibus eius. Peccātem virū iniquum inuoluet laqueus et iuſtus laudabitur atqꝫ gaudebit. Nouit iuſtus cauſam pauperum, impius ignorat ſcientiam. Homines peſtilentes diſſipant ciuitatem, ſapientes vero auertunt furorem. Uir ſapiens ſi cum ſtulto cōtenderit ſiue iraſcatur ſiue rideat, nō inueniet requiem. Uirum ſanguinum oderunt ſimplicem, iuſti autem querunt animā eius. Totum ſpiritum ſuum profert ſtultus, ſapiens differt et reſeruat in poſterum. Princeps qui libenter audit verba mēdacij, omnes miniſtros habet impios. Pauꝑ et creditor obuiauerunt ſibi, vtriuſqꝫ illuminator eſt dominus. Rex qui iudicat in veritate pauperes, thronus eius in eternum firmabitur. Uirga atqꝫ correctio tribuit ſapientiā, puer autē qui dimittitur voluntati ſuę cōfundit matrem ſuam. In multiplicatione impiorum multiplicabuntur ſcelera, et iuſti ruinas eorum videbūt. Erudi filium tuū et refrigerabit te et dabit delicias animę tuę. Cum ꝓphetia defecerit diſſipabit̃ populus, qui vero cuſtodit legeꝫ beatus eſt. Seruus verbis non poteſt erudiri, qꝛ quod dicis intelligit, et reſpondere contemnit. Uidiſti hoīem velocem ad loquēdum, ſtulticia magis ſperanda eſt qꝫ illius correctio. Qui delicate a puericia ſua nutrit ſeruum ſuum, poſtea ſentiet eum contumacem. Uir iracūdus ꝓuocat rixas et q̄ ad indignādum facilis ē erit ad peccandum procliuior. Suꝑbum ſequitur humilitas, et humilem ſpiri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 41

tu ſuſcipiet glīa. Qui cū fure participat odit aīam ſuā, adiurātem au-
dit et nō indicat. Qui timet hoīem cito corruet, q̄ ſperat in dn̄o ſuble-
uabit. Multi req̄runt faciem principis, et iudiciuz a dn̄o egredit ſin-
gulorꝫ. Abominātur iuſti virꝫ impium, et abominabātur impij eos q̄
in recta ſunt via. Verbum cuſtodiens filius, extra perditionem erit

¶ C. S. De Chriſti aſcenſione, de deſcēſu eius ad iudicium, de ſermo-
ne domini ignito, de amouenda paupertate ⁊ de diuitijs, de quatuor
generibus hominuz, de filiabus ſanguiſugę, de rebus inſcrutabilibus,
de oculo effodiendo: ⁊ tribus difficilibus et quartū penitus ignoro, de
tribus mouētibus terrā, et quartum penitus non poteſt ſuſtinere, de
quatuor minimis ſuper terram, de tribus bene gradientibus, et quar-
to feliciter incedente ¶ Ca. xxx

VErba cōgregationis filij vomentis. Viſio quā locutus eſt vir
cum quo eſt deus et qui deo ſecū morāte ꝯfortatus ait. Stul-
tiſſimus ſum virorꝫ et ſapientia hoīm non eſt mecum. Non didici ſa-
pientiam et noui ſcientiā ſanctorum. Quis aſcendit in celum atqꝫ de-
cendit? Quis cōtinuit ſpirītū in manibꝰ ſuis? Quis colligauit aquas
quaſi in veſtimento? Quis ſuſcitauit oēs terminos terrę? Quod no-
men eſt eius et quando nomen filij eius ſi noſti? Omnis ſermo dei ig-
nitus clypeus eſt omnibus ſperātibus in ſe. Ne addas quicq̄ꝫ verbis
illius et arguaris inueniariſqꝫ mēdax. Duo rogaui te, ne deneges mihi
anteq̄ꝫ moriar. Vanitatem et verba mendacia lōge fac a me. Menda
citatem et diuitias ne dederis mihi. Tribue tātuz victui meo neceſſa-
ria, ne forte ſatiatus illicear ad negādum, et dicā quis eſt dn̄s, aut ege-
ſtate cōpulſus furer, et periurem nomen dei mei. Ne accuſes ſeruū ad
dn̄m ſuum, ne forte maledicat tibi et corruas. Generatio que patri ſuo
maledicit, ⁊ que matri ſuę nō benedicit. Generatio q̄ ſibi mūda videt,
et tn̄ nō eſt lota a ſordibus ſuis. Generatio cuiꝰ excelſi ſunt oculi, ⁊ pal-
pebrę eius in alta ſurrecte. Generatio q̄ pro dentibus gladios habet, et
commādit molaribus ſuis, vt comedat inopes de terra et pauperes ex
hominibus. Sāguiſugę duę ſunt filię, dicentes affer affer. Tria ſunt
inſaturabilia, et quartum q̄d nunq̄ꝫ dicit ſufficit, Infernꝰ et os vuluę

et terra que nõ ſatiatur aqua, ignis vero nunq̃ dicit ſufficit. Oculum qui ſubſannat patrem et qui deſpicit partum matris ſue, ſuffodiant eũ corui de torrentibus et comedãt eum filie aquile. Tria ſunt difficilia mihi, et quartum penitus ignoro. Viã aquile in celo, viã colubri ſup petrã, viã nauis in medio mari, ⁊ viã viri in adoleſcẽtia. Talis ẽ ⁊ via mulieris adultere q̃ comedens et tergens os ſuuz dicit. Nõ ſum operata malum. Per tria mouetur terra, et quartum nõ poteſt ſuſtinere. Per ſeruum cum regnauerit, per ſtultum cum ſaturatus fuerit cibo, ⁊ per odioſam mulierem cum in matrimonio fuerit aſſumpta, et per ancillam cum fuerit heres dñe ſue. Quattuor ſunt minima terre et ipſa ſunt ſapientiora ſapiẽtibus. Formice populus infirmus, qui preparat in meſſe cibum ſuũ. Lepuſculus plebs inualida q̃ collocat in petra cubile ſuum. Regẽ locuſta nõ habet, et egreditur vniuerſa p turmas ſuas. Stellio manib⁹ nitit ⁊ moratur in edibus regis. Tria ſunt q̃ bene gradiuntur, et quartum q̃d incedit feliciter. Leo fortiſſimus beſtiarũ ad nullius pauebit occurſum. Gallus ſuccinctus lumbos ſuos, et aries, nec eſt rex qui reſiſtat ei, et qui ſtultus apparuerit, poſtq̃ eleuatus ẽ in ſublime. Si eñ intellexiſſet ori ſuo impoſuiſſet manum. Qui autẽ fortiter premit vbera ad eliciendum lac exp̃mit butyꝝ, et q̃ vehemẽter emungit, elicit ſanguinẽ, et q̃ prouocat iras, producit diſcordias.

¶ C. S. De regibus ne ſint dediti mulieribus et vino vt iuſte iudicent, de muliere forti, de ſancta eccleſia. ¶ Ca. xxx.

VErba Samuelis regis. Viſio qua erudiuit eum mater ſua Quid dilecte mi: quid dilecte vteri mei: quid dilecte votoruz meoꝝ: Ne dederis mulieribus ſubſtantiaz tuã, et diuitias tuas ad delendos reges. Noli regibus o Samuel noli regibus dare vinuz, quia nullum ſecretum eſt vbi regnat ebrietas. Ne forte bibant et obliuiſcãtur iudiciorum et mutent cauſam filiorum pauperis. Date ſicerã merentibus, et vinum his qui amaro ſunt animo. Bibant et obliuiſcant egeſtatis ſue et doloris ſui nõ recordent amplius. Aperi os tuuz muto, et cauſis oĩm filioꝝ qui pertranſiunt. Aperi os tuum, decerne q̃d

tuſtum eſt et vindica inopem et pauperem. Aleph. Mulierem fortē quis inueniet? ꝓcul et de vltimis finibus precium eius. Beth. Con fidit in ea cor viri ſui ⁊ ſpolijs nō indigebit. Gymel. Reddet ei bonū et nō malum omnibus diebus vitę ſuę. Delech. Queſiuit lanam et linum, et operata eſt conſilio manuum ſuaꝝ. He. Facta eſt quaſi na-uis inſtitoris, de longe portans panem ſuum. Uau. De nocte ſurre-xit deditq; predam domeſticis ſuis, et cibaria ancillis ſuis. Zai. Cō-ſiderauit agꝝ et emit eum, de fructu manuum ſuaꝝ plantauit vineam Heth. Accinxit fortitudine lumbos ſuos, et roborauit brachium ſuū. Teth. Guſtauit et vidit quoniam bona eſt negociatio eius, non extin guetur in nocte lucerna eius. Joth. Manum ſuam miſit ad fortia, et digiti eius apprehenderunt fuſum. Caph. Manum ſuam aperu-it inopi, et palmas ſuas extendit ad pauperem. Lamech. Nō time-bit domui ſuę a frigoribus niuis, omnes enim domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibus. Mem. Stragulatam veſtem fecit ſibi, byſſus et purpura indumentum eius. Nun. Nobilis in portis vir eius, qn̄ ſederit cum ſenatoribus terrę Samech. Syndonem fecit et vendi-dit, et cingulum tradidit chananeo. Ayn. Fortitudo et decor indu-mentum eius, et ridebit in die nouiſſimo. Phe. Os ſuum aperuit ſa pientię, et lex clementię in lingua eius. Sade. Conſiderauit ſemi-tas domus ſuę et panem ocioſa non comedit. Coph. Surrexerunt filij eius, et beatiſſimam predicauerunt, vir eius et laudauit eā. Res Multę filię congregauerunt diuitias, tu ſupergreſſa es vniuerſas. Syn. Fallax gratia et vana eſt pulchritudo, mulier timens dominuꝫ ipſa laudabitur. Thau. Date ei de fructu manuum ſuarum, et lau-dent eam in portis opera eius

¶ Expliciunt prouerbia Salomonis

¶ Dauentrię ex officina literatoria Alberti Pafradi
Anno ſalutis noſtrę xix. ſupra ſeſquimileſimum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 41

2° ff e

A i — D iij

7

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 41